

rens. Demum ipsum continuè coquite, donec congeletur. Ipso enim congelato fit maximum arcanum. Hunc igitur lapidem Boritin philosophi nuncupaverunt, coquite illum lapidem congelatum, quousq; mucræ similis sit materia. Tunc autem aqua ipsum imbuite permanente quam vos iussi reservare, altera scilicet portione, ac multipliciter coquite quousq; eius appareant colores. Hæc igitur est putrefactio maxima, quæ maximum extrahit arcanum. *Inquit Turba, revertere exponendo Theophile. Et ille: intimandum est quæ propinquitas inter magnetem & ferrum, ea inter æs & aquam permanentem est utiq; propinquitas. Si igitur æs & aquam regatis permanentem ut vos iussi, fiet inde maximum arcanum hoc modo. Accipite magnesiã albam & argentum vivum, masculo misceto, ac fortiter terite coquendo, non manibus, quousq; tenuis fiat aqua. Dividentes autem hanc, aquam in duas partes, altera ipsum aqua parce coquite xi. diebus, donec fiat flos candidus, vt flos salis in suo splendore, & coruscatione: vasis autẽ os fortiter claudite, & 40. diebus coquite, & invenietis ipsum, aquam lacte candidiorem eius etiam nigredinẽ coquendo private, cõtinuè coquentes quousque tota eius natura, diruatur & coinquinatio pereat, & mundum esse videatis, & totum frangatur. Sin verò vultis ut rotum arcanum quod vobis dedi peragatur, abluite ipsum aqua, quam vos iussi servare altera videlicet parte, donec fiat crocus, ac in suo dimittite vase, quoniam iksir seipsum conterit, & residua imbuite aqua donec decoctione & aqua conteratur, & fiat simile syrupo granatorum, imbuite igitur ipsum & coquite, donec ponderis humiditatis residuum quod habetis deficiat, & color quem philosophi in libris suis explanaverẽ appareat.*

*Coquit.  
Donec  
coloris  
apparet.*

*Sermo vigesimus tertius.*

CERUS ait: Intelligite omnes doctrinæ filii quod Theophilus vobis significavit, inter magnetem & ferrum esse propinquitatem, commixtiorẽ propinquitatẽ, inter magnetem, & ferrum existente, cum æs convenienter per centum dies regitur: quid autem vobis est utilius significatione, quod inter stannum & argentum vivum nulla est propinquitas, nec alteri cum altero est natura? *Respondit, malè dixisti, & vituperasti rectam dispositionem. Et ille. Notum facio quod non dico nisi veritatem, quid vobis est invidiæ? Ti-*

*Ter  
magnet*